



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Irenaeo illustri. Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. V.

clēsijs rapta à diabolo diriperetur. Hæc ergo quæ extant orationes autoritate virorum descendunt, dicta sunt propter eos & contra eos, qui tumidi & elati aduersum fratres ferūtur: & si qui forte titubauerint, viscera miserationū Christi putant ab eis penitus excludenda.

DE IRENAE O viro illustri.

Caput IIII.

Igitur Photino Lugdunensi episcopo cum cæteris martyribus coronato, Irenæus Polycarpi auditor in pueritia sacerdotio ei^o succedit. Hic multos scribit libros, & præclara ingenij sui monumenta reliquit, inter multa & innumera sua opuscula quoddam de Lxx. interpretibus elegans miraculum narrat.

DE LXX. Interpretibus.

Caput V.

Ptolemæus (inquit) Lagi filius, volens bibliothecę suæ, quam apud Alexandriam ex omnium Græcorū voluminibus cōstruebat, maiorem gloriam querere, petit etiam ab Hierosolymis, ut eorū Hebræas scripturas in Græcā linguā interpretatas, accipet. At illi (quippe subiecti erant Macedonibus) electos & in scripturis sanctis in utraq; lingua peritissimos viros Lxx. presbyteros miserunt ad Ptolemaeum. In quo tamen voluntas dei & cōsilium gerebatur. tunc ille singulorum volens accipere docimēta, & verēsne forte per interpretationem occultarēt insertam diuinis voluminibus veritatem, singulos à se inuicē separat, & eadē seorsum positos interpretari iubet, eundem que interpretandi ordinem in singulis voluminibus obseruari. Quosq; in unum cursum coram se reuo-